

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Studium m

[Hugo in suo didascalicon... (p.78, ll.43-44)]  
Sapiens etenim ille vir Graecie Themostecles cum expletis centum vii annis se mori cerneret dixisse fertur se dolere quod egrederetur de vita quando sapere cepisset. Plato eciam lxxxio<sup>o</sup> anno scribens mortuus est. Socrates in docendi et scribendi labore senium complevit.

Sapiens ille uir Graecie Themostecles, cum expletis cuii. annis se mori cerneret, dixisse fertur se dolere quod egrederetur de uita quando sapere cepisset. Plato lxxxii. anno scribens mortuus est. Socrates xciiii. in docendi et scribendi labore complevit.

unde et sapiens ille vir Graeciae, Themistocles, cum expletis centum septem annis se mori cerneret, dixisse fertur se dolere quod egrederetur de vita quando sapere coepisset. Plato lxxxii anno scribens mortuus est. Socrates xcviiii annos in docendi scribendique dolore laboreque complevit. taceo ceteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem et Eleantem qui iam aetate longaeua in sapientiae studiis floruerunt. Ad poetas venio, Homerum, Hesiodum, Simonidem, Tersicorum, qui grandes natu cygneum nescio quid et solito dulcius vicina morte cecinerunt. Sophocles cum post nimiam senectutem, et rei familiaris neglegentiam, a filiis accusaretur amentiae, Oedippi fabulam, quam nuper scripserat, recitavit iudici, et tantum sapientiae in aetate iam fracta specimen dedit, ut severitatem tribunalium in favorem theatri converteret. nec mirum cum etiam Cato censorius et Romani generis disertissimus, iam senex graecas litteras discere nec erubuerit nec desperaverit. certe Homerus refert quod de lingua Nestoris, iam vetuli et paene decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit.

unde et sapiens ille Graeciae, cum expletis centum et septem annis se mori cerneret, dixisse fertur dolere, quod tunc egrederetur e uita, quando sapere coepisset; Plato octogesimo et uno anno scribens est mortuus; Isocrates nonaginta et nouem annos in docendi scribendique labore complevit; taceo ceteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem, Cleanthem, qui iam aetate longaeua in sapientiae studiis floruerunt: ad poetas uenio, Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum, qui grandes natu cygneum nescio quid et solito dulcius uicina morte cecinerunt. Sophocles, cum propter nimiam senectutem et rei familiaris neglegentiam a filiis accusaretur amentiae, Oedipi fabulam, quam nuper scripserat, recitavit iudicibus et tantum sapientiae in aetate iam fracta specimen dedit, ut seueritatem tribunalium in theatri fauorem uerteret. nec mirum, cum etiam Cato, Romani generis disertissimus, censorius iam et senex, Graecas litteras nec erubuerit nec desperauerit discere. certe Homerus refert, quod de lingua Nestoris iam uetuli et paene decrepiti dulcior melle oratio fluxerit.

Refert itaque Omerus quod de lingua Nestoris iam vetuli et pene decrepiti dulcior melle oratio effluxerit.' Hec illle.

Refert Homerus quod de lingua Nestoris, iam uetuli et pene decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit.

*Scotichronicon*, 15.22 (Watt ed., vol.8. p.80, ll.50-55).

Hugo ibidem (didascalicon) libro III.

*Manipulus florum*, Studium m

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3.14 (C.H. Buttimer ed., pp.65-6, ll.26-28, 1-26).

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52.3.5-6 (CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.417-18, ll.12-14, 1-15).

("slightly abbreviated": p.186, n.47-56)